Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Flores vltimarum voluntatu[m] non sine sudore collecti p[er] d[omi]n[u]m Rolandinu[m] Bononie[n]sem Juris vtriusq[ue] p[ro]fessore[m] opti[m]e meritu[m] Annexo in calce peculiari quoda[m] ...

Rolandinus <de Passageriis>

Parrhisiis, 1514

De liberis [...] gradus legitimis et natura libustam natis. Ru. xiiii

urn:nbn:de:bsz:31-115460

Visual Library

ab ĩte. deſe. §. i. ꝛ de ſeruili cogna. §. repetitis. ꝛ. ff. de inoffi. teſ. l. nã et ſi. in princi. et in autẽ. de here. ab inte. veni. in princi. col. ix. Et ideo de prima linea q̃ eſt deſcẽdẽtium ſeu liberoꝝ noſtroꝝ primo dicam⁹. Poſtea de linea parentũ ſeu aſcẽdentiũ.

Liberorũ ſpẽs

Liberoꝝ ergo: quidam ſunt legitimi ꝛ naturales ſimul. quidã naturales tãtum. quidam tantũ legitimi: quidã nec legitimi nec naturales.

¶ Additio. Has ſpecies liberorum ponit glo. i. inſti. de adop. i. rñ. addit pterea. d. g. quintam ſpeciẽ. vide lati⁹ et clarius de hac diſtinctiõe liberoꝝ: per Chriſt. por. ſuper dictam glo. i. Ger. mulert.

¶ Itẽ eorũ qui ſunt legitimi ꝛ naturales: quidã ſunt pmi grad⁹ vt filij: quidã ſecũdi vel vlterioris vt nepos neptis/ pnepos pneptis/ et ſic deinceps. Itẽ eorũ quidam ſunt maſculi/ quedã femĩe/ quidã in poteſtate/ quidã emãcipati: qdam naſcituri ſiue poſthumi. de quibus in ſequẽtibus titulis ꝛ rubricis ſuo ordine eſt agendum.

¶ De liberis pmi gradus legitimis ꝛ naturalibus iã natis. Ru. xiiij.

Debet teſtator pater et mater filios et filias legitimos et naturales: ꝛ etiã eos q̃ ius legitimoꝝ adepti ſunt: cũ quoꝝ videlicet matre olĩ legitima cõcubina pr̃ nuptias ɔtraxit: dotalib⁹ additꝫ iſtrumẽtꝫ: tã maſculos q̃ꝫ feminas: ṽgines. nuptas. et viduas: tã etiaꝫ emancipatos ꝛ emãcipatas q̃ꝫ in poteſtate exiſtentes inſtituere vel rite exheredare aut rite preterire et legitime. alioq̃n inutiliter teſtabiť. vt inſti. de exhere. li. i. rñſo. ꝛ. §. noſtra vero conſtitutio. ꝛ in autẽ. vt cũ de ap. cogno. §. aliud quoqꝫ capitulum. col. viij.

¶ Additio. Hodie nõ requirunť inſtrumenta dotalia de iure canonico quo ad legitimationem. de quo p ſcri. i. c. tãta: qui filij ſint legitimi. et per Jo. fa. et Ang. are. in. §. finali. ſuper gloſam in verbo iſtrumẽtis. inſti. de nuptijs. ꝛ per Bar. in. l. cũ quis. C. de natu. lib. et hoc tenuit etiã notabilis dñs ꝛ preceptoꝛ meus legũ doctoꝛ eximius Nicola⁹ de capella bruxellen̄. i. d. §. fina. louanij ordinarie legens inſtitutiones. p tex. i. d. c. tanta Gerardus mulert.

Dotalia iſtrumenta hodie nõ requirunť ad legitimationem.

¶ Nec mireriſ qđ de filiab⁹ feminis dixi. Itẽ qđ de emãcipatis maſculis ꝛ femis: qꝛ eque debẽt a patre ꝛ matre inſtitui vľ rite exheredari femĩe: vľ etiã legitime pteriri: quẽadmodũ maſculi: emãcipati vľ emãcipate/ ſicut ſui et ſue: cũ nulla hodie q̃ntũ ad hoc ſit differẽtia ratione ſexus vel patrie poteſtatis: ꝛ nichil interſit inter maſculũ ꝛ feminã: emãcipatũ et ſuũ vt in d. §. nr̃a pᷦo conſtitutio. inſti. de exhe. li. ꝛ. C. de libe. pre. l. maximũ viciũ licet ſit in hoc inter eos differẽtia qꝛ diuerſis iuribus ꝛ rationibus ad teſtamenta parentuꝫ reſcindenda procedunt.

¶ Additio. De quo plene p bar. i auc. ex cã. verſi. quero ſcđo quõ irritatur teſtamentũ ex cauſa pteritionis ꝛc. C. de libe. preteritis. Itaqꝫ nota ꝙ nõ ẽ penit⁹ ſublata differẽtia patrie ptãtis ꝛ emancipatiõis. cũ vt ſupra dictũ ẽ diuerſis iuribus ꝛ modis ad teſtamẽta parẽtũ reſcindẽda pcedant emãcipatus ꝛ ſuus. ꝛ dicã plene. J. in Rub. de legit. tñ liberis ꝛ de quibuſdã ꝛc. ṽſi. ſi tñ videre. Itẽ ad de ꝙ eſt etiã differẽtia inter emãcipatum ꝛ ſuũ: in collatione donationis ſimplicis. Suus enĩ donationem ſimplicẽ ſibi a patre factã

Patrie ptãtis ꝛ emancipatiõis differentia nõ ẽ penitus ſublata

non cõfert. emācipatus vero con
fert. de quo p Bar. ⁊ reliq̄s ſcrip.
in auct. ex teſtamēto. C. de colla.
⁊ i. l. ſi emācipati. co. ti. Quid au
tez operetur exiſtentia ſui heredis:
vide late per Bar. in. l. ſi filiꝰ qui
patri. ff. de vulg. et pu. ſub. et per
eundem. in. l. i. C. ſi vt ab here. ſe
abſti. ⁊ tangā. J. in Rubri. ꝺ pupil
la. ſubſtitutione. ꝟſi. octauo dictū
eſt. ⁊c. Gerardus mulert.

Patria ptās matrimonio nõ ſoluitur.

¶ Nec etiā credas ꝙ licet femie
ſint nupte propterea ſint a ptāte
pria liberate: qꝛ matrimoniū nõ eſt
modꝰ diſſoluēdi patriā ptātem ⁊
hoc ēvex de iure nr̄o. vt. C. de cõ
di. iſer. l. ſi vxorē. ⁊ iſti. de ſe. ꝯſul.
tertu. §. poſtea aūt. Sꝫ ꝺ iure lõ
gobardoꝛuꝫ mulier eſt in poteſta
te mariti: et non patris.

¶ Additio. Jta dicit glo. in. d. §.
poſtea aūt. Aduerte tñ ꝙ iure no
ſtro mulier eſt in poteſtate mariti
ſui: quo ad debituꝫ carnis. Nam
vxoꝛ nõ hꝫ ptātem ſui coꝛpis. ⁊c.
c. nõ debet. verſi. quaternariꝰ. de
cõſan. ⁊ affi. facit ꝓ pꝛ hoc relinq̄t
hõ patrē et matrē: ⁊c. vt in. c. gau
deinꝰ. ꝟſi. verū abſonū. de diuoꝛ.
immo etiā vt eadē marito teneaꝛ
opari. vt vult glo. i. l. ſicut pꝛonꝰ
ff. de ope. liber. et glo. in. d. §. po
ſtea aūt. et ibi latius p dñm Chri
ſto. poꝛ. An autē etiam mulier ſit
ſubiecta viro vt teneaꝛ euꝫ ſequi
peregrināte. Reſpõdet Bar. i. l.
meuia §. i. ff. de an. le. poſt cyniū. i
l. liberte. C. de ope. liber. ꝙ autē
modica peregrinatio et honeſta:
tunc tenetur eum ſeq̄. ſi longa et
tunc aut erat ita maritꝰ ſolitꝰ pe
regrinari ſeu vagari: q̄ caſu ſi mu
lier co tpe quo nupſit eidē ſciebat
eius ꝯditionē: tūc teneꝛ eū ſequi:
argu. l. plenū. §. equitij. ff. ꝺ vſu. ⁊
habita. et. C. de ſponſa. l. ſi. circa
medium. et. l. promittendo. §. pe
nul. ff. de iure do. alias nõ tenetur
eū ſeq̄. ar. l. qꝺ niſi. in fi. ff. de ope.

Vxoꝛ queadmodū ē in ptāte mariti.

Vxoꝛ an teneatur ſequi maritū pegrināte

liber. ita dicit Bar. vbi. ꝫ. et An
ge. are. in. d. §. poſtea aūt. inſti. ad
tertulia. vide glo. ſingularē. xiiij.
q. ij. vnaqueq̄ꝫ. et glo. in. c. i. de cõ
iu. lepꝛo. Quid aūt in icarcerato
vel exule: pōt reſpõderi ꝙ ſi ꝓpt
delictū et culpā viri id contingat
nõ teneaꝛ ſequi. argu. eoꝝ que no
tanꝛ in. c. i. qui matri. ac. poſ. ſi ꝟo
ſine culpa: tūc tenetur ipm ſequi.
et ꝓ hoc facit optime glo. in. d. c.
vnaqueq̄ꝫ. et facit ratio: nihil eñi
tam humanū q̄ꝫ foꝛtuitis caſibus
mulierꝫ maritū: vl' vxorē viri par
ticipē eſſe. l. ſi cum dotem. §. ſi ma
ritꝰ. ff. ſolu. matrimonio. ita dixit
egregiꝰ dñs et p̄ceptoꝛ meꝰ iuris
vtriuſq̄ꝫ doctoꝛ excellentiſſimus
dñs Gabriel de mera. ff. ſolu. ma.
ſup rubꝛi. in lectiõe ſua oꝛdinaria
in p̄clara vniuerſitate Louanieñ
Gerardus mulert.

¶ Et nota ſm mar. (licet quidaꝫ
cõtrariū dicere videātur) nõ ſuffi
cere dotatas inſtituere tñ in do
te: niſi in aliquo vltro inſtituanꝛ:
quia dotē nõ pōt dici habere a pa
tre iure inſtitutionis vel legati: qꝛ
nõ ei adimere poteſt. vt. ff. ad le.
falcidiā. l. pater. in princi. et ideo
tutius eſt vt ſemp vltra dotē ali
quid iure inſtitutionis accipiant.

Dotatas filias in dote tñ inſtituere, an ſufficiat.

¶ Additio. Facit ad p̄dicta: qꝛ
dos ipſius filie patrimoniū eſt. l.
i. §. ſed vtrū. in fi. ff. de minoribꝰ
in quo nõ valet iſtitutio. §. ſꝫ ſi rē
legatarij. iſti. de lega. iſtud ſequi
tur Azo in ſūma. C. de libe. p̄teri
tis. Sed contrariū tenet ſpecu. in
titu. ꝺ iſtru. edi. §. ꝯpēdioſe. verſi.
ſed ſup foꝛma p̄cedenti ⁊c. ⁊ hoc
vult ēt glo. i. d. §. ſꝫ vtrū. q̄ ſoluit
aliq̄ argumēta ꝯtrariū ſuadētia.
fatetur tamen tutū eſſe vt in aliq̄
vltra iſtituātur. Gerardꝰ mulert.

¶ Jtē ſcias ꝓfeſſos i monaſterio
inſtitui debere: ſicut et ceteri de
bent. vt. C. de epiſ. et cle. l. vlti. §.
hoc etiam cognitum.

Ingratitudo p religionis ingreſſum tollitur.

¶ Additio. Aduerte ꝙ hoc eſt verum: etiã ſi ante ingreſſum cõmiſiſſent aliquã igratitudinẽ ppt quã potuiſſent licite exheredari. talis eñ ingratitudo per religionis ingreſſum tollitur. xix. q. iij. c. pe. et in auc. de mona. in prin. col. i. vbi dicit ꝙ religionis ingreſſus oẽm maculã abſtergit. Itẽ limita predicta niſi pfeſſi ſint religionez beati Franciſci. nã illi nõ ſunt capaces ſucceſſionũ. vt in cle. exiui §. cum eñ veritatẽ. verſi. quia igitur. de verbo. ſig. Vñ dicit Bar. in. l. ſi i metallũ. ff. de his q̃ p nõ ſcrip. ha. ſe cẽ ſuluiſſe, ꝙ ſi fratres minores inſtituãtur heredes: hereditas eſt p nõ ſcripta: et remanet apud heredes ab inteſtato. d. clemẽ. exiui. vbi dicit ꝙ totaliter ſint oĩs hereditatis incapaces. de hoc tñ vide lati⁹ p Inno. in. c. ſ pſentia. de pbatio. ⁊ Bal. i auc. ingreſſi. C. de ſa. ſan. eccle. G. mu.

Profeſſi ordinẽ ſci Fráciſci nõ ſũt capaces ſucceſſionum.

¶ De exheredatiõibus autẽ ſcire debes ꝙ hodie iure nouo teſtator: ſiue pater fuerit ſiue mat: ſiue quicunq; alter de ſuperioribus parẽtibus: ſi aliquẽ de liberis ſuis inſtituere noluerit/debet cum nominatim et cũ cauſa legib⁹ approbata exheredare vel pterire: cauſaz exheredationi pteritioniue adijciendo ſic dicẽs: filiũ meũ vel nepotẽ meum: q: man⁹ attroces in me iecit exheredo. vel ſic. filiũ meum exheredo: q: vt malefic⁹ cũ maleficis verſat. vel ſimilia. ſic eñ exheredãdo vel pretereũdo legitime teſtabit. alioquin cõtra. vt in ſtitu. de exhere. li. in prin. ⁊ de here. q̃ ab inteſta. defe. §. eadẽ hec. ⁊ ff. de ꝯtra tabu. l. nõ putauit. verſi. nõ quemis. et in auc. vt cũ de ap. cogno. §. aliud quoq;. Idẽ dicendũ eſt de filijs teſtãtib⁹: reſpectu parentũ ſuorũ. vt in. d. auc. §. hec q̃dẽ de parẽtũ. Et ſic nota nullã eſſe hodie differentiã q̃tũ ad hoc inter patrẽ et matrẽ. vterq; eniz vl inſtituẽdo: vel cuz legitima cã exheredando. vel cuz legitima cã pretereũdo. vtiliter teſtabit. Si eñ dixerit pr filiũ meũ. P. neq; inſtituo neq; exheredo: q: p veneni poculũ michi mortis parauit inſidias: eũ exheredaſſe videt. ſicut dñs Azo dicit et inſcribit i ſũma. C. de libe. pte. vel exhere. in verſi. eſt autẽ preterire. ⁊ etiam in verſi. eſt autẽ effectus. vbi apte dixit preteritionẽ factã cũ cauſa ſiue a patre ſiue a matre valere: ſed iter eos notat differẽtiã quãtũ ad effectus rationes ⁊ vias teſtamẽti reſcindendi. ſed hos effect⁹ nõ pſequor: q: materia ei⁹ longinqua eſt a curſu noſtri tpis. nec enumero cauſas hmõi legitimas exheredationibus vel pteritionib⁹ inſerendas: q: apte enumerãtur in dicto autẽ. vt cũ de ap. in §. cauſas aũt vſq; ad §. hec aũt diſpoſuim⁹

¶ Additio. Et p glo. in. c. quinta uallis. de iureiurã. ⁊ ſunt q̃ttuordecim. Prima eſt ſi fili⁹ parẽtib⁹ man⁹ intulerit. Itẽ ſi graue iniuriã eis fecerit. Si criminalit eos accuſauerit de cã que non ſit aduerſus principẽ vel rem publicã. Si cũ maleficis hoib⁹ vt maleficus verſatur. Si vite parẽtũ fuerit iſidiat⁹. Si vxori aut ꝯcubine ei⁹ ſe immiſcuerit. Si ex delatiõe filij graue diſpendiuz parẽtes ſuſtulerint. Si p perſona vel debito eius incq̃ſtũ põt fideiubere noluerit. hoc tñ quod de fideiuſſiõe dicitur ad filios maſculos tñ pertinet. Itẽ ſi phibuit eos facere teſtamentũ. Si cõtra voluntatẽ parentuz inter arenarios et mimos pſeuerauerit/cũ pr nõ fuerit illi⁹ profeſſionis. Si filia luxurioſam vitã egerit: cũ parẽtes vellent eã pro poſſe dotare/niſi negl exerint eã maritare poſt. xxv. annos. Si parẽtib⁹ furioſis debitã curã nõ

Exheredari põt fili⁹ xiiij. de cauſis.

impēderit. Si parentē captuz de
carcere deducere neglexerit. Itē
ſi filius ſit hereticus pater ꝓ ca-
tholicꝰ. vnde ỽſus. Bis ſeptē cau
ſis exheres filiꝰ eſto Si patrē fe=
riat vel maledicat ei. Carcere de
truſū: ſi negligit / ac furioſū: Cri=
mis accuſet / aut paret īſidias. Si
dederit grauia ſibi damna: nec ho
ſte redemit Teſtari prohibet: aut
dat harena locum. Si prauos ſe=
quitur: vel amat genitoris amicā
Non orthodoxꝰ filia quando coit
Hos ỽſus ponit glo. in. d. c. quita
uallis. Et nota ꝙ huiuſmodi in=
gratitudines purgant̄ per ingreſ
ſuz religionis. de quo dixi. ſ. ī ru
bri. de liberis ꝑmi gradus legiti=
mis et naturalibus iam natis.
Gerardus mulert.

De filijs legitimis ꝛ naturalibꝰ poſthumis. Rubrica. xv.

Poſthumꝰ q̄bus modis ꝛ q̄r dicatur

Poſthumꝰ du=
obus modis accipit̄
ſtricte ꝛ large. dicit̄
enī ſtricte poſthumꝰ
qui in vita teſtatoris
ꝯceptꝰ ꝛ poſt mortē eiꝰ natꝰ eſt. vn̄
poſt humꝰ quaſi poſt humū pr̄is
natꝰ. Large vero is d̄r poſthumꝰ
qui poſt teſtamētum natus eſt pa
tre viuente. vt. ff. de iniuſto rupto
teſtamento. l. iij. §. i.

Additio. Dicitur etiā alijs mo
dis poſthumus vt licet videre per
glo. ſup rubro. C. d̄ libe. ꝛ poſthu.
Gerardus mulert.

Debet igit̄ poſthumos q̄ rite te
ſtari vult inſtituere vt inſti. de ex=
here. li. §. noſtra ꝓ ꝯſtitutio exhe
redare nō poteſt cū nullā cauſam
ingratitudinis cōmiſiſſe dicantur
quē neceſſario inſerēda ē vt in au
tē. vt cum de ap. cog. §. aliud. col.
viij. ꝛ C. de inoffi. teſ. l. ſi quis. §. i

Nā ſi poſthumus p̄teritus fuerit
ꝙ nō inſtituat̄. ꝛ ipſe naſcatur vi=
uus voce emiſſa vel nō emiſſa: dū
tamē conſtat eſt viuū natuz vel ex
certo vētre editū: integrū vel nō
integrū aīal cum ſpiritu: tamē te
ſtamentū rumpet vt. C. de poſ. he
re. inſti. l. q̄ certatū. ꝛ ff. eo. l. q̄
dicitur: niſi declinat ad monſtruz
vel ad prodigiū vt. d. l. q̄ certatū
in fi. ꝛ. ff. de ſtatu. ho. l. non ſunt.
Qui autē naſcitur mortuꝰ nec cō
ceptus videt̄: vt. ff. de ver. ſig. l. q̄
mortuū. ꝛ. C. de poſ. here. l. ij.

Additio. Aduerte ꝙ ad hoc vt
rumpat teſtamentū poſthumꝰ re
quiritur ꝙ ſit ꝑfecte viuus natus
nec obſtat ꝙ mox etiam in manibꝰ
obſtricticis d̄cedat. l. pe. C. eo. hic
eſt ꝙ ſi ē ſemi natꝰ viuus ꝛ poſtea
anteq̄ꝫ ꝑfecte ꝛ totus naſcat̄ mo=
ritur: nō rumpit teſtamētū. debet
enim. vt. ſ. dicit̄ ꝑfecte. imo totus
natus eſſe. d. l. pe. i. fi. Ger. mu.

Poſthumus vt rumpat teſtamentū q̄requiruntur.

Et quod dictū eſt ex p̄teritiōe
poſthumi teſtamentū rumpi: vex
eſt quātū ad inſtitutiones. ſed in
legatis firmū perſeuerat vt in au
tē. predi. §. ſiue igitur. ꝛ §. ſi autez
hec oīa. ꝛ idez in quaſi poſthumo
vt ſi teſtator poſt teſtamētum ali
quē in filiū arrogauerit inſti. qui.
mo. te. infir. ij. r̄nſo. Et idē eſt ī eo
qui eſt loco poſthumi: vt qꝛ tēpo=
re teſtamēti non erat ſuus heres:
ſed tp̄e mortis ſuus inuenit̄ vt in
ſequēti rubrica dicetur. Et q̄ di
ctū eſt de poſthumo p̄terito a pa=
tre: verū intelligas etiam de poſt
humo a mr̄e p̄terito: vt ſi poſt te=
ſtamentū matris naſcatur ei filiꝰ
de q̄ in inſtitutione facta non fuit
mentio: in caſu tamē poſthumus
nō rūpit teſtamētū matris. vt ec
ce mulier ī puerperio decedit: q̄
inſtituit filios iā natos: preſumit̄
enī inſtituiſſe eū in cuiꝰ partu de=
ceditꝛ ideo nō infringitur eius te
ſtamētū per querelā. vt. C. de. in=

Poſthumus p̄teritꝰ a mr̄e aliquando non rūpit teſtamentum.